


Vir Nobilissime

quod muneris mei ratio, et Academia nostrae dignitas postulabat, illud officium humillimo obsequio Celsissimo Axausionum Principi praestiti. sicut enim antea civium armatorum multitudine septus, gratulantis populi ferme humeris <sup>in hanc urbem</sup> in-  
 vectus est, ita incredibili laetitia Academicorum civium, et frequentia, a me, qui illo die Rectoris munere fungabar, in Academiam introductus fuit. Hanc autem qualemcumque orationem nostram, prolixi utiq; amoris et intensissimi affectus in Celsissimam Auriacam familiam tesseram, praesente ipso Principe, quo maior mihi honos contingere nequivit, publice recitavi. cuius exemplaria haec, prout inscripta sunt, Augustae Principi matri, Celsissimae a Aviae, serenissimo Electori Brandeburgico, uti vel mittantur, vel offerantur, ut procires, unico rogo. Viris Illu-  
 stribus D. Weimanno, Henolitiq; et tibi inprimis, Vir Nobilissime, quorum singulis exemplar quoq; transmitto, salutem precor  
 Vale Vir Illustris. Data Lugd. Bat. 3 Decembris

Vestrae dignitatis  
 respectus  
 A. Thysius.

Hug. 37



*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is largely illegible due to fading and orientation.]*

*[Vertical handwritten notes on the right margin, also appearing to be bleed-through or marginalia.]*

Handwritten text in a cursive script, likely a signature or a list of names, located in the center of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include several lines of writing.

Aen myn Heer,

Myn Heer van Züllicgen,  
Radsgræver van syn Hoogheit  
de Prince van Orangien  
Sgraeben - Haagse  
met een paquêt

Mo  
N